PIUS PP. VI.

AD FUTURAM REI MEMORIAM Nuper pro parte Carissimi in Christo Filii Nostri Caroli Hispaniarum Regis Catholici expositum fuit, quod dudum rec: mem: Clemens PP. XII. Praedecessor Noster supplicationibus clar: mem: Philippi V. dum vixit earundem Hispaniarum Regis Catholici sibi humiliter porrectis inclinatus Hospitali Dolorum Jesu Christi Crucifixi nunc Mulierum invalidarum Civitatis Hispalen. quod ut idem Clemens Praedecessor acceperat ipsi Philippo Regi gratum, et acceptum existebat, de alicujus subventionis auxilio providere volens, dicto Hospitali, et pro eo illius Rectoribus seu Administratoribus pro tempore existentibus vel eorum legittimo Procuratori, unam Pensionem annuam Trecentorum Quadraginta quinque Ducatorum auri de Camera, et unius Julii monetae, super fructibus, redditibus, et proventibus mensae Archiepalis Hispalen. quae de jurepatronatus ipsius Philippi Regis, ex privilegio Aplico, cui non inveniebatur eatenus in aliquo derogatum esse dignoscebatur, ad quatuordecim annos tunc proximos tantum duraturam sub certis modo, et forma tunc expressis, ac de consensu tunc pariter existentis Archiepi Hispalen. et per Rectores, seu Administratores ptos in subsidium, et subventionem Mulierum invalidarum in dicto Hospitali tunc, et pro tempore existentium juxta dicti Philippi Regis mentem, et intentionem, et non in alios usus convertend. Aucte Aplica reservavit constituit, et assignavit, et alias prout in ejusdem Clementis Praedecessoris Lris desuper sub Plumbo expeditis uberius dicitur contineri. Cumque exinde Quatuordecim Anni ad quos pensio pta sicut praemittitur reservata, et assignata fuerat, jam expirassent, seu brevi expiraturi essent, primum Benedictus XIV. deinde Clemens XIII. Praedecessores Nri pensionem hujusi obtento consensu tunc existentis Epi Hispalen. de Quatuordecim in Quatuordecim Annos respe prorogarunt, ac extenderunt, prout in eorundem Benedicti XIV. et Clementis XIII. Praedecessorum respe Lris desuper in simili forma Brevis die XXVIII. Januarii MDCCL. et die XXIII. Septembris MDCCLX. expeditis quarum tenores praesentibus pro expressis haberi volumus uberius dicitur contineri. Postmodum vero cum Quatuordecim Anni jam pariter et simili modo expirassent, seu brevi expiraturi essent, per Nras in simili forma Brevis expeditas Lras sub die Decimaoctava Mensis Martii MDCCLXXV. ad alios Quatuordecim Annos pensionem ptam ampliavimus, et prorogavimus. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat Quatuordecim Anni, ad quos dicta pensio per Nos ultimo loco prorogata, et extensa fuit, ut ptur, jam effluxerint, seu brevi expiraturi sint, indigentiae vero dicti Hospitalis adhuc durent, dictusque Carolus Rex pensionem hujusi ad aliud Nobis benevisum tempus prorogari plurimum cupiat, jamque ad id modernus Archiepus Hispalen. consensum suum praestiterit. Nobis propterea ejusdem Caroli Regis nomine humiliter supplicatum fuit, ut in praemissis opportune providere, ac ut infra indulgere de benignitate Aplica dignaremur. Nos igitur ipsius Caroli Regis votis, quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, dictorumque Rectorum, seu Administratorum singulares personas, a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque Ecclesiis sententiis, censuris, et poenis a jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutas fore censentes, hujusi supplicibus inclinati, de Venerabilium Fratrum Nrorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, ad quos supplicem libellum Nobis porrectum remisimus consilio, attentis narratis, reservationem, constitutionem, et assignationem supradictae pensionis annuae Trecentorum Quadraginta quinque ducator. Auri de Camera, et unius Julii mtae, super fructibus, redditibus, et proventibus dictae Mensae Archiepalis Hispalen. Hospitali Pauperum Mulierum invalidarum Civitatis ptae, et pro eo illius Rectoribus, et Administratoribus ptis, vel illorum legmo Procuratori a Clemente XII. ut ptur factas, et deinde a Benedicto XIV. et Clemente XIII. Praedecessoribus Nris sicut praemittitur ad Quatuordecim Annos respe prorogatas ad alios Quatuordecim Annos a die cessationis postremae prorogationis ultimo loco praecipue concessae computandos, servata caeteroquin earundem Clementis XII. Benedicti XIV. et Clementis XIII. Praedecessorum ac Nrarum = Lrarum forma, et dispositione Aucte Aplica tenore praesentium extendimus pariter, et prorogamus. Salva tamen semper in praemissis Aucte Congregationis earundem Cardinalium. Decernentes easdem praesentes Lras firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere ac ab illis ad quos spectat, et spectabit quomodolibet in futurum inviolabiliter observari, sicque in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, et delegatos etiam causarum Palatii Aplici Auditores, ac S. R. Eccliae Cardinales, etiam de Latere Legatos, Vice-Legatos dictaeque Sedis Nuncios sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et Aucte judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstan. omnibus, et singulis, quae in memoratis Praedecessorum Nrorum Litteris voluimus non obstare caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud Sctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die IV. Julii MDCCLXXXVIII. Pontus Nostri Anno Decimoquarto.

R. Card. Braschius de Honestis

Reg.do Fol. 2255

DIPUTACIÓN DE SEVILLA
ARCHIVO

+

Nota. Por Decreto de primero de este mes, ha dado la Camara el pase á este Breve de Su Santidad en que se sirbe prorrogar por otros Catorce años mas la pension de mil Ducados que goza el Hospital del Santmo. Christo de los Dolores del Pozo Santo dela Ciudad de Sevilla, sobre los frutos y rentas de aqlla. Mitra, con tal qe. se entienda su execucion con el ordinario Ecco. sin perjuicio dela Real proteccion en su caso; y ha acordado que con estas prevenciones, se entregue dho Breve ala parte. Como lo execcuta para su uso. Madrid dos de Septiembre de mil seteciento ochenta y ocho:

El Marques de Murillo

Tome razon Lib. de Salarios, y Pensiones fol.o 72

Antonio Sullon

DIPUTACIÓN DE SEVILLA
ARCHIVO

PERGAMINOS. 601
Hospital del Pozo Santo, leg. 6

DIPUTACION PROVINCIAL SEVILLA ARCHIVO